





Q. D. B. V.  
DE  
**EXISTIMA-**  
**TIONE ET IN-**  
**FAMIA,**

OCCASIONE

L.s. §. i. ff. de Extraord. Cognit.

EXERCITATIO SABBATHINA IV.

Partis Posterioris

Quam

SUB PRÆSIDIO

DN. SAMUELIS FRIDERICI

W<sup>E</sup>LL<sup>E</sup>N<sup>B</sup>E<sup>R</sup>G/

Doct. & Prof.

IN ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO  
ORDINARIO,

D. XXIV. Januar. MDCCXXII. Hora XI.

Instituent

RESPONDENS

JOHANNES CHRISTIANUS TETZLAFF, Trept. Pom.

ET OPPONENTES

JACOBUS TENTER, Ged.

JOHANNES NICOLAUS Demchen, Gard. Pom.

---

GEDANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,  
SENATUS ET ATHENÆI TYPGRAPHI.

VIRIS  
SVMME REVERENDO, EXCELLEN-  
TISSIMO, DOCTISSIMO  
**DN. JOH. GEORGIO**  
**ABICHT,**  
SS. Theol. Doct. celeberrimo, P.P.  
Ath. Rect. meritissimo, & ad SS. Trin.  
Past. vigilantissimo;  
Nec non  
**SPECTATISSIMO, AMPLISSIMO**  
**DN. SAMUELIFLANDER,**  
Celeberr. Emporii Ged. Mercat.  
florentissimo,  
*Dominis ac Fautoribus ætatem*,  
*colendis, suspiciendis,*

Hoc qualemque Specimen  
dicat, dedicat

Cultor observantissimus  
Joh. Christianus Tetzlaff.

**L. Cognitionum s. §. i. ff. de Extraord. Cognit.**

*Existimatio est dignitatis illæsa status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate Legum aut minuitur aut consumitur.*

**Conspectus.**

**E**xistimatio quid, & an à fama differat? I. dividitur in naturalem & adventiciam, II. spuri ejus fontes, III. verum ejus fundamentum sunt virtutes, IV. ex quo tamen ad exhibendum honorem contra alterum imperfectum ius est. V. Vitium hominis, se supra sua merita estimare. VI. Benè fundata existimatio non tollitur alterius injuriis, VII. tollitur autem proprio crimine, VIII. adventitia in civitate datur benè meritis, IX. cui respondet honor, qui vanus apud immeritos. X. Læsa existimatio vera defendi potest, & quibus mediis à privatis? XI. quibus à regibus. XII. Causæ quæ minuunt existimationem? XIII. & quæ omnem tollunt? XIV. ex antegresso delicto consumitur XV. sine eo pro arbitrio à Magistratu adimi non potest, XVI. causus exceptus, XVII. omnium nimè extraneus Magistratus aliquem sua existimatione privare potest. XVIII. Infortunium si sine prævio delicto quis infametur. XIX. Eo vero apparente infamia sequitur, quæ vel facti est, XX. seq. vel Juris immediatè vel mediatè irrogata. XXI. Cujus effectus XXII. utrum civis pro civitate vel Principe infamiam subire queat? XXIII. in quantum per restitutio nem tollatur? XXIV.

**I.**

**C**um ea sit optimo cuique ingenita cura ac solitudo, ut in vita communi inter alios æquali vel majore existimatione valeat, de fundamento ejus, cui insistat, vel à quo dejici possit, despicere, non abs re penitus erit. In genere vero Existimatio dici potest *valor personarum, ex quo merentur aliis equiparari, vel illis ante haberri aut postponi.* Strictè à fama differt, quæ judicium est de valore aliorum; existimatio

involvit judicium de valore sui ipsius. Hæc bonis internis  
s. animi accenseri potest, fama ad bona externa, & qui-  
dem fortunæ, pertinet. In latiori vero sensu & hoc loco  
existimatio famæ synonymum est, prout constat ex L. 39.  
§. ult. ff. de Procur. L. 104. ff. de R. f.

II. Dividi illa potest in *naturalem* & *adventitiam* s. ci-  
vilem. Ac *naturalis* dicenda, quæ se fundat in propriis  
alicujus meritis, ex quibus non nisi dignus videri & judi-  
cari potest. *Adventitiam* appellamus, quam quis ex im-  
perio, conventione speciali vel legis dispositione obtinuit,  
juxta quam in societate civili vel aliis præstantior, vel  
illis æqualis habetur.

III. Non à laude vel ampla aliorum deprædicatione  
existimatio *naturalis* alicui accedit, quandoquidem cer-  
tum, non semper ab incorrupto animo istam laudem pro-  
ficiunt. Sæpe laudes in eos sparguntur, quibus bene cu-  
pimus, quos tamen laude dignos non esse novimus. Quan-  
doq; lividi homines laudant, quod vel, præstantia laudati  
in apricum patente, aliter nequeant, vel quod sua laude  
ad lædendum se componant, neutro autem casu sincerè  
ad significandam existimationem laudati contendunt. Nec  
porro existimatio *naturalis* in aliorum v. gr. Parentum  
meritis se fundat, nam illa personalia sunt, quæ perso-  
nam non egrediuntur. Viro quoque ex matrimonio cum  
filia egregii Patris ejus dignitas obvenire nequit. Tantum  
abest, ut solæ divitiae sufficient ad hunc valorem conci-  
liandum, cum illæ in vilissimas quoque personas cadant,  
imò & infames, quibus tamen dignitatum portæ clausæ  
sunt, c pen. X. de R. f. L. 7. C. de Incest. nupt. L. 3. C. de Com-  
merc. & Mercat.

IV. Ve-

IV. Verum & solidum existimationis fundamentum virtutes constituant, & alicujus merita, dum quis animi vel corporis sui dotes ita dispensat, ut constet, ipsis sese ad socialitatis humanæ usum juxta leges accommodare. Quod Turcis notissimum esse ex Busbequio *Epist. 1.* constat, de quibus ita legitur: *Ganizarorum magnus numerus, sed nullus in tanto conventu nobilis, nisi ex suis virtutibus & factis; natalibus nemo à reliquis distinguitur . . . Munera & officia Princeps ipse distribuit; in quo non divitias, non sumum nobilitatis pendit, non gratiam cuiusquam aut multitudinis judicium moratur, sed merita considerat, sed mores, ingeniumque atque indolem intuetur, ex sua virtute unusquisque ornatur.* Itaque virtutes præcedunt, quas alii intuentes existimatione & gloria comitantur.

V. Ex hoc fundamento tamen non nisi aptitudo & jus imperfectum ad habendum ab aliis honorem & venerationem producitur. Nam quoque alias judicare potest, in se talia esse, quæ omnino paria sunt, aut superiora illis, quibus alter sese effert. Etenim ostentet quis canos suos, alter juvenilem suum vigorem ipsis longe potiorem habebit. Jaetet quis divitias, alias animum, Regum opes æquantem, in pari pretio habebit. Alium spes sua æquè ac alterum res suæ inflant. Consequens est, ex isto fundamento venerationem per vim non posse extorqueri. Et si quis eam merito denegaverit, illum non posse dici injuriam fecisse, sed tantum incivilitatis notam contraxisse. Pufend. de *Jure Nat. & Gent.* lib. 8. cap. 4. § 14. Quamobrem cum ab aliis agnoscitur, aliquem præstare virtute & insignibus meritis, tantum ab illis quoq; agnoscendum erit, ultro illi honorem & venerationem deferendam esse.

VI. Vitium hinc est quorundam, qui fundamentum  
quidem sentiunt apud se existimationis suæ, sed tamen  
mensuram suorum meritorum non satis expendunt, & ex  
vana quadam persuasione majus illis, quam competit,  
pretium deferunt, ut ultra ea adspiciantur & honorentur.  
Ut enim à spontanea agnitione virtutum ab aliis ad exhi-  
bitionem honoris proceditur; ita quoque penes illos ju-  
dicia est statuere, quantum honoris meritis alicujus re-  
sponderi debeat. Rectissimè igitur Camerarius judicat:  
*Maximè decipiuntur illi, qui insigni quodam facinore & am-  
bitione nimia, falsaque gloria cupiditate instigati immortale  
Nomen sibi acquirere cupiunt.* Cent. 1. Hor. Subcistr. cap. 7.  
p. 63.

VII. Licet vero nemo ex perfecta obligatione cogi-  
posit ad venerandum aliquem, contra tamen nec in ali-  
cujus potestate est, per manifestas & atroces injurias al-  
terius benè fundatam existimationem tollere, aut quic-  
quam ei detrahere. Internum enim ejus fundamentum  
si immotum maneat, etiam inconcussa manebit ei infixa  
existimatio. Ziegl. *ad Grot. de Jure Bell. & Pac. lib. 2.*  
*c. 17. §. 22.* Et sicut vastam arborem venti frustra petunt;  
ita & malevolorum calumniæ haut quidquam ad illam  
evertendam faciunt. vid. Horat. *Lib. 1. Ep. 6.* Lubrica  
alioquin res esset existimatio nostra, si, tot meritis acqui-  
sita, à malevolis in ludibrium verti, & illorum arbitrio  
in discrimen deduci posset.

VIII. Ad eam minuendam vel consumendam nihil  
aliud sufficit, quam in pejus vitæ morumque mutatio,  
seu proprium alicujus crimen, quo dolo malo in aliorum  
in-

injuriam ruit. His enim ab ipso fundamenta sua existimationis evertuntur, quibus quis ipse eam profligat, ut alii homines talem, pro eo, quod aestimarent, reformatent, ac tanquam communem hostem aversentur.

IX. Ab existimatione naturali itur ad *adventitiam s. civilem*, quā quis in civitate pro integro ejus membro reputatur, ac caput habere intelligitur, vel ex qua aliis dignior aestimatur & præfertur. Illo casu *simplex*, hoc *intensiva* existimatio dici solet. Obtinetur autem hæc à singulare perfectione & præstantia, quibus virtutibus meritis, aut mereri aptis hominibus ea tribuitur. Pufend. d.l. §. 6. seqq. Quamvis vero non semper hoc observari soleat, sed non raro homines sine ulla meritorum & probitatis consideratione per improba media hanc existimationem obtineant, rei tamen natura se aliter non habet, nec per illa media invertitur, nullumque sincerum effectum producunt, quæ contra eam fiunt.

X. Nam ad exhibendum *Honorem*, qui ex meritis acquisitæ existimationi respondet, alii ex serio amoris & venerationis affectu, per signa inter Gentes recepta, commoventur; obtentæ vero sine meritis existimationi tam sincerus honor non respondet, sed externus, frigidus & tantum non mortuus. Quin in vanitatem & ludibrium saepe vertitur, ut discordiis & inimicitiis, aut planè communis amicitiae rupturæ occasio sit, quæ valet ad certamina privatorum & irrationabilem vindictam.

XI. Cui econtrario legitimè quæsita est dignitas, media quoque non desunt, quibus contra aliorum contempnum istam legitimè vindicet. Non tamen ex illis duellum cit,

est, quo sub iactura vita temporalis & æternæ, cum conculcata Magistratus autoritate, certatur ad recuperandum honorem, quod perquam irrationabile. Franzk. Lib. 2.  
Resol. 23. Voet. de Duell. c. 32. Thuan. Lib. 129. Hist. p. 1036.  
Nec actio injuriarum, quâ Iæsus ad emarcescendum adversarium contendit, ut bilem leniat. Nam & haec minus rationis habet, & ipsa magis injuriam continet. Dn. Böhmer.  
*de Iniquitate & Injustitia Actionum injur.* Sed ex justis licetisque mediis est denuntiatio læsionis apud Magistratum instituta, cum petito, ut illi sua autoritate ad honoris contestationem injuriantem compellat. Quod petitum pro ambitione aestimari non potest, & à Legatis quandoque adhibirum fuisse ob negatum titulum Excellentiae, testatur Pufend. Lib. 14. Rer. Brand. §. ult.

XII. Inter summos Principes, qui arbitrum super honore læso in his terris non habent, est gladius illis vindex. Nam per negatum debitum honorem illis injuria infertur, à qua ad movenda arma jus impetrant. Pro illo igitur tuendo justè illi arma in medium advocare queunt.

XIII. Sunt autem quædam, quæ alicujus famam & existimationem minuere, vel planè perimere possunt. Minuunt, si quis ipse suæ dignitatis rationem habere nolit, sed perinde aestimet, qualis honor ipsi ab aliis exhibeat, aut si se decoro conformem non exhibeat. Pertinet huc, si sub iactura suæ existimationis quis sese alii obliget, ein Schelm zu seyn / wenn er seine Zusage nicht halten werde. Stryk in Caut. Contr. Sect. 2. cap. 6. §. 17. Nam parum famæ suæ consulere videtur, qui ejus vilipendium aliis concedit, & sciens volens de se male sentiendi copiam fa-

facit. Petr. Müller. *de Obligat. sub infamia.* Dn. Michael Graff. *Disp. de Promiss. sub amiss. Honor. & existimat. cap. 2.*  
¶ 3. cum tamen ex effato Salom. *Prov. XXII. i.* bona fama mille divitiis præferri debeat, & Impp hanc plus quam oculos custodiendā esse censeant in L. 8. C. *de Decur. Lib. 10.*

XIV. Omnen existimationem in civitate consumit & tollit *Status hominis* vel ejus *delictum*. Ille ita comparatus est, quod vel nihil vitiosi habeat, vel quod cum vitio quodam, aut saltem ejus opinione, conjunctus sit. Ab illo statu in multis civitatibus existimatio mancipiis adimitur, quæ caput civile non habere intelliguntur, nec pro personis cœlibibus reputantur. Ab hoc judicantur perdiræ existimationis, qui in tali statu sunt constituti, in quo circa talia negotia occupantur, quæ *ex moribus locorum* non possunt sine virtute obiri, vel quæ non nisi ab hominibus vilissimi & abjectissimi animi exercentur, quorum in numero sunt *Lictores*, *carnifices*, *excoriatorum* & similis farinæ homines. Puf. d. c. 4. §. 6. conf. Dn Thomas. *in den ernsthafsten und muntern Gedanken über allerhand Jurist. Händel.* P. 3. p. 186. ubi responsa Argentoratense & Ratisponense de carnificum conditione.

XV. Ex antegresso delicto existimatio tollitur, & efficitur, quod quis amplius in honestorum virorum numero non habeatur. Grave autem tale delictum esse debet, quod omnem meritum detrahit valorem. Ubi tale non præcessit, famæ quoque & existimationis jactura non erit metuenda.

XVI. Manifestum hinc est, existimationem civilem nemini pro mero arbitrio summi Imperantis adimi posse,

)( ) nisi

nisi antecedat delictum, quod infamiam comitem habet. Contradictionem enim involvit, infamem aliquem ex nuda libidine declarare, scilicet foedorum criminum affinem arguere, non quia ista revera patravit, sed quia placet hoc modo innoxium tractare velut noxiun. Quia tamen per injuriam id quandoque fit, non ultra privatio ista effectum habere potest, quam quod quis emolumentis illis spolietur, quae existimationem integrum in civitate comitantur. Intrinseca & naturalis existimatio integra manet, quae & que minus tali adimitur, ac ipsius honestus animus. Puf. d. c. 4 §. 9.

XVII. Si honor alicui in civitate cum juribus annexis collatus sit, & a mero arbitrio summi Imperantis pendeat, qui eum contulerat, in ejus arbitrio erit, eum iterum admere. Regulariter adimi non poterit, si munus tanquam proprium bonum in civem collatum sit, nisi per modum poenae, aut tempore summæ necessitatis. Puf. d. l. §. 32.

XVIII. Cum autem proprio Magistratui non sit absoluta in civium existimationem potestas, nedum ea erit Magistratui extraneo tribuenda. Inferret magnam alicui injuriam, si nullius criminis in Remp. alienam commissi convictus, ab ejus Magistratu cum dispendio sua existimationis plecteretur. Cui contra tam barbarem insolentiam, si non aliud permitteretur medium, sufficeret, generoso contemptu animi celstitudinem objicere. *Acceptam enim injuriam ignorare generosissimi animi velut vindicta est*, inquit Caspar. Barth. in *Advers. Lib. 60. c. 6. p. 2876.* Add. Part. Prior. Exerc. Sabbath 22. de Generoso injur. contemptu. Vocabula vulgi & maleferiorum tales minimè debent movere, cum non ab illis, sed judicio summi Imperantis Legumque stet & cadat existimatio civium. Puf. d. l. §. 8.

XIX.

facit. Petr. Müller. *de Obligat. sub infamia.* Dn. Michael  
Grass. *Disp. de Promiss. sub amiss. Honor.* & existimat. cap. 2.  
§ 3. cum tamen ex effato Salom. *Prov. XXII. 1.* bona fama  
mille divitiis præferri debeat, & Impp hanc plus quam  
oculos custodiendā esse censeant in L. 8. C. *de Decur.* Lib. 10.

XIV. Omnem existimationem in civitate consumit  
& tollit *Status hominis* vel ejus *delictum*. Ille ita comparatus  
est, quod vel nihil vitiosi habeat, vel quod cum vitio quo-  
dam, aut saltem ejus opinione, conjunctus sit. Ab illo statu  
in multis civitatibus existimatio mancipiis adimitur, quæ  
caput civile non habere intelliguntur, nec pro personis ci-  
vilibus reputantur. Ab hoc judicantur perdire existi-  
mationis, qui in tali statu sunt constituti, in quo circa talia  
negotia occupantur, quæ *ex moribus locorum* non possunt  
sine vitio obiri, vel quæ non nisi ab hominibus vilissimi &  
abjectissimi animi exercentur, quorum in numero sunt *Li-*  
*cetores*, *carnifices*, *excoriatorum* & similis farinæ homines.  
Puf. d. c. 4. §. 6. conf. Dn Thomas. in den ernsthafsten und  
muntern Gedanken über allerhand Jurist. Händel/  
P. 3. p. 186. ubi responsa Argentoratense & Ratisponense  
de carnificum conditione.

XV. Ex antegresso delicto existimatio tollitur, &  
efficitur, quod quis amplius in honestorum virorum nu-  
mero non habeatur. Gravē autem tale delictum esse de-  
bet, quod omnem meritum detrahit valorem. Ubi tale non  
præcessit, famæ quoque & existimationis jactura non erit  
metuenda.

XVI. Manifestum hinc est, existimationem civilem  
nemini pro mero arbitrio summi Imperantis adimi posse,  
)( )( nisi

nisi antecedat delictum, quod infamiam comitem habet. Contradictionem enim involvit, infamem aliquem ex nuda libidine declarare, s. fœdorum criminum affinem arguere, non quia ista revera patravit, sed quia placet hoc modo innoxium tractare velut noxiū. Quia tamen per injuriam id quandoque fit, non ultra privatio ista effectum habere potest, quam quod quis emolumētis illis spolietur, quæ existimationē integrā in civitate comitantur. Intrinseca & naturalis existimatio integrā manet, quæ a quo minus tali adimitur, ac ipsius honestus animus. Puf. d. c. 4 §. 9.

XVII. Si honor alicui in civitate cum juribus annexis collatus sit, & à mero arbitrio summi Imperantis pendeat, qui eum contulerat, in ejus arbitrio erit, eum iterum admere. Regulariter adimi non poterit, si munus tanquam proprium bonum in civem collatum sit, nisi per modum poenæ, aut tempore summae necessitatis. Puf. d. l. §. 32.

XVIII. Cum autem proprio Magistrati non sit absoluta in civium existimationē potestas, nedum ea erit Magistrati extraneo tribuenda. Inferret magnam alicui injuriam, si nullius criminis in Remp. alienam commissi convictus, ab ejus Magistratu cum dispendio suæ existimationis plecteretur. Cui contra tam barbarem insolentiam, si non aliud permitteretur medium, sufficeret generoso contemptu animi celsitudinem objicere. *Acceptam enim injuriam ignorare generosissimi animi velut vindicta est*, inquit Caspar Barth. in *Advers. Lib. 60. c. 6. p. 2876. Add. Part. Prior. Exerc. Sabbath. 22. de Generoso injur. contemptu.* Vocabula vulgi & maleferiorum talem minimè debent movere, cum non ab illis, sed judicio summi Imperantis Legumque stet & cadat existimatio civium. Puf. d. l. §. 8.

XIX.

XIX. Evidem exempla docent, s<sup>æ</sup>pe viros egregios ex mala gratia Principis statu suo excidisse, aliorum aper- tam potentum injuriam existimationi pericula fecisse. Verum hujusmodi insultationes & contumeliae, cum absque merito fiant, non aliam quoque quam *infortunii* speciem ostentare queunt. Nec prudentum judicio aliter aesti- mantur, qui ad conspiciendam veritatem non usque eo excoecati sunt, ut hunc casum non, uti in se est, penetra- rent. Quare etiam apud illos vir talis in honore manet. Et in eum optimè quadrat, quod apud Senecam *ad Hel- viam matrem cap. 13.* in fine habetur: *Si magnus vir ceci- dit, magnus vir jacuit. Non magis putas illum contemni, quam cum adiutorum sacrarum ruina calcantur, quas religiose aquæ ac stantes adorant.*

XX. Cæterum apparente gravi crimine, de quo §. 14. nil reliquum est amplius, quod existimationem sustentaret, sed tunc infamia sequitur. Infamia vero vel honestorum virorum censura accedit, quando ob flagitiosum vitæ genus viri graves aliquem, ut improbum,aversantur, quamdiu illud sectatur, & dicitur vulgo hæc infamia facti. Emendato vitæ genere illa expirat L. 2. ff. de Obsq. par. præstand. L. 13. C. Ex quo- bus caus. infam. L. 23. C. de adulter. nec ullum incommodum in societate civili valitrum operatur, cum s<sup>æ</sup>pe ejusmodi infames magnis honoribus frui patiamur. Titus in Jure privat. Rom. Germ. L. 3. cap. 3. §. 13. seq.

XXI. Quibus infamibus accensendus, qui suæ existima- tionis defensionem penitus contra calumniatores deserit, & hac patientia præsumpta confessione facinoris objecti se se onerat. Quamvis enim quasdam injurias cum judicio conte- mnere sit magni animi, omnes tamen deglutire, & ad defen- sionem sui juris siveque honoris nunquam accingi, viri inde- coris est, multumque segnitia & timiditatis habet.

XXII.

**XXII.** Vel infamia ob turpe factum in speciem poenæ irrogatur autoritate juris. Quod vel fit immediate, s. ipso jure, quando scilicet factum liquidum est, ac in sensu incurrit. *L. 1. seqq. ff. de his, qui not. infam. vel mediare, antegressa cognitione & condemnatione judicis*, quando nempe factum obscurum est, *L. 7. ff. de Publ. jud. Franzk. ad ff. tit. de his, qui not. inf. n. 8. 7.* Habet hæc infamia effectum, quod excludat à dignitate, *L. 12. C. de Dignitat. L. un. C. de Infam.* & infamis testimonium non sit plena fidei, *L. 3. ff. de Testib. c. 54. X. eod.* Ab oneribus immunitatem non praestat, *d. L. un. L. 1. §. 6. in f. ff. de Poſtul.* nec ad hæredes transmittitur, sed persona immediate cohæret, *L. 9. ff. de Senator. L. 26. ff. de Pan. L. 2 §. 2. & 7. ff. de Decurion.*

**XXIII.** Ex dictis concludere licet: neminem civium obligari, ut veram infamiam in utilitatem civitatis contrahat. Facta enim turpia, ex quibus illa oritur, nec à civitate imperari possunt, nec à civi debent praestari, *L. 15. ff. de Cond. infam.* Nec pro Principis privatis sceleribus honestum civem se se velut reum subdere, & ejus infamiam in se suscipere teneri. Nam de Principe, qui supra civilia judicia positus, haut statui potest, quod macula illi afferri, & civis ejus existimatio tolli possit. Si ex mandato Principis & publico consilio minister cum aliis quidquam egit, quod in Reip. detrimentum vergit, ad hoc avertendum bonus civis non derrectabit illud sua culpæ imputare, quasi quid tale privato suo ausu suscepere. Modo non ad mortem aut deditio nem pena eo nomine definiatur, sed ad fictam duntaxat infamiam, quæ iterum tolli aut alia via pensari potest. Pufend. *d. cap. 4. §. 9. in f. §. 10.*

**XXIV.** Semel inflicta infamia aboletur per restitutionem in integrum, *L. 1. §. 9. & 10. ff. de Poſtul. L. 1. C. de Sent. paff.* quam morum & vitæ infamati emendatio promovet, ac gratia Principis concedit, *Nov. 89. Pref. & cap. 1.* Expedit enim Reipubl. abundare viris honestis, nec multos in civitate conspicere infamia laborantes. Quamvis vero restitutio reducat omnes effetus, quibus quis per infamiam privatus fuerat, de quibus vid. Lyncker. *Diss. de Jure reſtit. famæ, th. 28. seqq.* civiles tamen & externi integræ existimationis illi tantum sunt. Haut tollit naturalis existimationis labem.

XIX. Evidem exempla docent, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> viros egregios ex mala gratia Principis statu suo excidisse, aliorum aper tam potentum injuriam existimationi pericula fecisse. Verum hujusmodi insultationes & contumeliae, cum absque merito fiant, non aliam quoque quam *infotunii* speciem ostentare queunt. Nec prudentum judicio aliter aestimantur, qui ad conspiendam veritatem non usque eo excoecati sunt, ut hunc casum non, uti in se est, penetra reat. Quare etiam apud illos vir talis in honore manet. Et in eum optimè quadrat, quod apud Senecam *ad Hel viam matrem cap. 13. in fine* habetur: *Si magnus vir cecidit, magnus vir jacuit. Non magis putes illum contemni, quam cum adiūtum sacrarum ruinā calcantur, quas religiosi aquē ac stantes adorant.*

XX. Ceterum apparente gravi criminis, de quo §. 14. nil reliquum est amplius, quod existimationem sustentaret, sed tunc infamia sequitur. Infamia vero vel honestorum virorum censura accedit, quando ob flagitosum vitæ genus viri graves aliquem, ut improbum, averfantur, quamdiu illud secatur, & dicitur vulgo hæc infamia facti. Emendato vitæ genere illa expirat L. 2. ff. de Obseqv. par. præstand. L. 13. C. Ex quibus caus. infam. L. 23. C. de adulter. nec ullum incommodum in societate civili valitulum operatur, cum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> ejusmodi infames magnis honoribus frui patiamur. Titius in *Jure privat.* Rom. Germ. L. 3. cap. 3. §. 13. seq.

XXI. Quibus infamibus accensendus, qui suæ existimationis defensionem penitus contra calumniatores deserit, & hac patientia præsumpta confessione facinoris objecti fese onerat. Quamvis enim quasdam injurias cum judicio contemnere sit magni animi, omnes tamen deglutire, & ad defensionem sui juris sive honoris nunquam accingi, viri indecoris est, multumque segnitia & timiditatis habet.

XXII.

**XXII.** Vel infamia ob turpe factum in speciem pœnæ interrogatur autoritate juris. Quod vel sit immediate, scilicet ipso jure, quando scilicet factum liquidum est, ac in sensu incurrit. L. 1. seqq. ff. de his, qui not. infam. vel mediata, antegressa cognitione & condemnatione judicis, quando nempe factum obscurum est, L. 7. ff. de Publ. jud. Franzk. ad ff. tit. de his, qui not. inf. n. 6. 7. Habet hæc infamia effectum, quod excludat à dignitate, L. 12. C. de Dignitat. L. un. C. de Infam. & infamis testimonium non sit plenæ fidei, L. 3. ff. de Testib. c. 34. X. eod. Ab oneribus immunitatem non præstat, d. L. un. L. 1. §. 6. in f. ff. de Poſtul. nec ad hæredes transmittitur, sed persona immediate cohæret, L. 9. ff. de Senator. L. 26. ff. de Paen. L. 2. §. 2. & 7. ff. de Decurion.

**XXIII.** Ex dictis concludere licet: neminem civium obligari, ut veram infamiam in utilitate civitatis contrahat. Facta enim turpia, ex quibus illa oritur, nec à civitate impetrari possunt, nec à cive debent præstari, L. 15. ff. de Cond. insit. Nec pro Principis privatis sceleribus honestum civem se velut reum subdere, & ejus infamiam in se suscipere teneri. Nam de Principe, qui supra civilia judicia positus, haut statui potest, quod macula illi afferri, & civis ejus existimatio tolli possit. Si ex mandato Principis & publico consilio minister cum aliis quidquam egit, quod in Reip. detrimentum vergit, ad hoc avertendum bonus civis non detrectabit illud suæ culpa imputare, quasi quid tale privato suo ausu suscepit. Modo non ad mortem aut deditioinem pœna eo nomine definiatur, sed ad fictam duntaxat infamiam, quæ iterum tolli aut alia via pensari potest. Pufend. d. cap. 4. §. 9. in f. §. 10.

**XXIV.** Semel inficta infamia aboletur per restitutionem in integrum, L. 1. §. 9. & 10. ff. de Poſtul. L. 1. C. de Sent. pass. quam morum & vitæ infamati emendatio promovet, ac gratia Principis concedit, Nov. 89. Pref. & cap. 1. Expediri enim Reipubl. abundare viris honestis, nec multos in civitate conspici infamia laborantes. Quamvis vero restitutio reducat omnes effetus, quibus quis per infamiam privatus fuerat, de quibus vid. Lyncker. Diff. de Jure refit. fame, th. 28. seqq. civiles ramen & externi integræ existimationis illi tantum sunt. Haut tollit naturalis existimationis labem.

**ULB Halle**  
002 178 486

3



sb

V D 18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Q. D. B. V.

DE

# XISTIMA- TIONE ET IN- FAMIA,

OCCASIONE

L.S. §. I. ff. de Extraord. Cognit.

EXERCITATIO SABBATHINA IV.

Partis Posterioris

Quam

SUB PRÆSIDIO

J. SAMUELIS FRIDERICI  
*WZLERBEN*

Doct. & Prof.

N ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO  
ORDINARIO,

D. XXIV. Januar. MDCCXXII. Hora XI.

Instituent

RESPONDENS

JANNES CHRISTIANUS TETZLAFF, Trept. Pom.

ET OPPONENTES

JACOBUS TENTER, Ged.

JANNES NICOLAUS Demchen, Gard. Pom.

DANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,  
SENATUS ET ATHENÆI TYPGRAPHI.